


Rozprawy
do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złk.

r) S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

s) Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

t) Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

u) Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

v) Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

y) S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

z) Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

aa) Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

bb) Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

cc) Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

dd) Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

ee) Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

ff) Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

gg) Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

hh) Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

ii) Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

kk) Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

ll) Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam obita Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 8)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1611. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallo juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epi. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, prz J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracovia 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conrecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7. g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmañ Johañ 8. h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

9. i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10. k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 165. (str. 4)

11. l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12. m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmañ Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15. p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conecta

(str. 84)
gyrice. b m.

i Hungarae.

is Poloni n.
sky Castll.
explicat, qid
cis. Custni

ncto pacis et
) .
licum. b. n.

o. m. 168.

io in Epi.

Dioec. P-
tia, in O.
niae 165.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Princip.

lectorii.

bina, pr
d collegium

discussio

et Regem

DELIRVS PRODROMUS.



CIↃ IↃC LIIX.

Inania verborum popularium non cogitamus; ſed pernicioſæ ſemen ſeditionis excludimus.

Caſſiod. 1. epiſt. 20.

PRodijt nuper Prodromus quidam, quodam, quem ſibi inſcripſit, titulo, quem vix Apollo, quid ſibi is velit, intelligit Prodromus ſine capite, titulus ſine mente eſt; popularis ſine fide, Cromvvellius non abſtruſus Tiberius; in ſummo poſitus faſtigio patet omnibus, vult inſpici ipſe. *Habet hoc primum magna fortuna, ut nihil tectum, nihil occultum patiatur.*

Quærebatur verò, quia Prodromus videbatur Philolo-us homo,

Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Tu quis es? unde venis? tibi quæ patria, atque parentes?

ꝛeſpondebatur à populari ſuo, (quia ipſe efferre ſe nolebat, alios autem, quàm ꝛ, differre malebat, ſcriptoris maximè perſonam, quam ſcripti materiam,) Belga ſt, Homo crine ruber, naturâ malevolus, ore maledicus, vitâ erro: Ex quo enim Viennæ cum elogio fuit exauctoratus, ſua in Belgica hactenus vagatus, aut apud ilenum commoratus, ſerius tandem ad Dominum redijt, huc quidem accitus, tipſe aliorum penuriâ, malè de alijs ſcriberet, ne alibi malè viveret. Primum itaue ſtyli naſum vertit in Cromvvellium, Heroem ſecularem, communne vani hodiè ulgi improperium; auſu quidem imprudentiſſimo, *namq́; inſcitia eſt adverſum ſtimulũ calces*; vaniſſimo, quia ſexcenties ab alijs maliloquacibus in eundẽ necquidquã dicta dicit, novi nihil nec veri detegit; mendaciſſimo, quia Cromvvellius ipſis Hiſpaniæ nuper in Anglia Legatis alius, alius nunc huic in omni calumnia præurſori ac emiſſario: in illorũ regijs literis, ac ore idem erat *Sereniſſimus*, in huius ſarto nebulonis centone Polypus, Vulpes, Aper: illis, *illorumq́; regi, non minus ac Britanniæ, approbatus Protector*, huic blateroni *Oppreſſor*.

Aut ergo Legati aut Prodromus eſt mentitus. Prius dicere, abſit. Ergo poterius.

Sed Cromvvellius Hiſpanis, horumque clientulis, eâ nunc parte malus eſt, quâ Gallis bonus eſt, abſque hoc, bonorum foret optimus, qui ipſis nunc eſt maorum praviſſimus ſcilicet.

In hoc verò diſpectu boni, id eſt, federati Cromvvellij; quid mali in Cromvellio? niſi forſan illud, nunc metuendum Hiſpaniæ, quod hæc intentabat Galliæ.

 Atqui

Atqui hoc est in Cromvvellio ingenium prudentiæ, non malitiæ; malignitatis ver
ac insipientiæ in Prodromo, qui res longè diversissimas hîc nunc acerbius misc
Angliam turbatam, ac federatam; ante in Anglia acta, ac longè post in eâdem p
cta; religionem ac fedus; Cromvvellium pungentem, ac pangentem; co verboru
lenocinio, ut inde istis, quæ cum illis nihil habent commercij, invidiam conflet
pud incautos; federato inprimis Cromvvellio, quem homuncio iste impetit, i
jurijs stolidis, quia *nemini licet in aliena Republica esse curiosum*, criminationib
vanis, quia μηδὲν πρὸς ἔπος, blasphemijs insanis, quia *Deus, quo vult modo, aufe
& confert regna, & per quem vult ministrum sua exercet judicia*; qui hæc argui
probrosi in Deum maledicti reus est, sicut *maledictus ille, qui negotium Domini n
gligenter agit*; quia denique illius rei cognitio judicium privati, Oliverius verò
ævi nostri magnus magnitudine suâ, hujus nugatoris censuram, meris ex mendac
consutam, & ex alijs ejusdem farinæ obtrectatoribus consarcinatam, supergr
ditur.

Alteram sui partem nasi cornuat in præcipuum Galliæ ministrum, & ipsa
in Galliam; scommate admonitorio, non suo quidem, sed alieno ac sublecto, g
mino illius, cui compar esse vult, malus malo monitori Gallo. Sed nec Galli
nec bene memori ejus ministro hi sunt opus monitores, quia sycophantæ sun
prodromus inprimis, quem quidam isto hîc nomine convenientiùs appellat, quà
quem ille, injusta de caussâ, merâ ex calumnia. Sanè, *qui quondam hostes in Gal
am Anglos accivit, Anglorum quondam Regi Regem Galliæ, Reginam, Lutetiam, t
tam penè Galliam, Regisq; filiam pactis dotalibus, iniquis legibus regni adversis trac
dit, machinator malorum est*; quiq; idcirco *Philippum Burgundum sic vocare libu
non sycophantatus est: sycophantatur, qui eum sic vocari noluit*. Futilis quoque est i
prodromus, iste locutulejus, ac *tractator fortunæ casibus obnoxiæ*, multi loquens,
vani loquens usque eò, ut in locos communes dubiæ fortunæ hîc evagetur & tr
umphet. *Qui favore fortunæ Carolos Galliæ Reges restitutos, Heinricos Anglos eâde
tandem quasi fatigata, quos diu erat prosecuta, destitutos dicit*; is nulli fortunam a
dicit perpetuam, multò minus hoc dicit, *Gallum perpetuò felici ludere dextrâ*.

Quàm multa præterea *hic vaticinatur verera* de suis quondam German
Galliarum veterum victoribus, Regum externorum arbitris, splendidis Arch
Cancellariorum per Galliam & Italiam titulis, hodiè prorsus inanibus!

Fuére quondam strenui Milesii.

Ipsa hîc regerit Germania Prodromo; apage *Hiberas nenias, anicularum a
liramenta; hoc age, præsentem fortunam boni consule*. Gallia Germaniæ pacem ded
benemeritum de Imperio vicinum egit, Gallia tutelaris eandem conservare stude
maximè ergò pertinet *ad Pacis consortem Galliam, quid nunc agat Germania*. Ha
audias Prodrome, quamvis

Demitt

Dimittas auriculas ut iniquæ mentis asellus;
Aut eas super humeros habeas;

risve inspicias oculis Gallorum relationes; quas si velis, earumq; discussionem, ujus disjectionem, sine ira ac studio contendere, congruas illas videbis veritaaci, ipsi adeò Electioni; cujus libertatem, aureâ traditam Bullâ, tantum abest, ut Galli morentur aureo bolo, quin integrum penè annum huc sint morati, do- ca se rectè & ex aureæ decreto Bullæ gereret, qualem quidem prodromus, iam moratur aliter, non attendit. *Is moratur Electionem, qui ante Electionem fecit, dnon oportet, aut creditur non facturus post electionem, quod oportet*, quia jactatur ere Silenum in castris: Pax læsa tardat electionem ante electionem reparanda, iaimperio pax quàm Electio potior.

Porrò idem Prodromus, & ante eum, brevis discussor, informator ac denstrator, inverecundior ac dicacior in federatas Majestates, quàm ullus harum tium in Austriacam, reverenter cultam hactenus, rationibus, non cavillationi-s, judicijs, non convitijs, convictam Pacis turbatricem; & forsan turbaturam plius, quia *Silenum in castris habet*; cujus asellus hianti atque diducto rictu Marn quiddam atque terribile hîc jam derudijt; quod quia obstat paci, obstat & eleoni. *Habeat* sanè *illa Silenum in castris*; modò Germania habeat *silentium belli* in perio, & Imperium *Solones* in collegio, collegium verò *Electionem in manu.* c sane illud est tempus, quo suam Electores legitimam autoritatem firmare erosi possunt, meticulosi non possunt. Hæc est felicitas ipsis à Deo data, quam mo ejus dignitatis centum abhinc annos habuit, à quibus nihil aliud quiritur, quam ut celebrent electionem secularem, quâ de præco possit pronunre; *Populum Romano-Germanicum eam visurum electionem, quam nemo ejus ætaunquam vidit, neq; visurus est posthac.*

Et qui talem volunt Electionem *veri sunt Germani, natione & ratione*: quia rè & fortiter amant eligendum, maximè autem imperium, & ejus tranquillitan, magis etiam Electorum autoritatem. Prodromo *illi sunt Germani, qui sunt ustriaci; & Austriaci, qui sunt Hispani*; Ergo Hispania dat nomen & definitiom Germanis; Canone Prodromi, totâ reprobato natione Germanicâ. Neque rò desinit esse Germanus, qui non est Hispanicè Austriacus: *nec dici potest transga, qui in castris nullius fuit*, quive ad eorum, quibuscum Pax est Imperio, & esdem conservandæ studium, transijt aras: *minus corruptus liliis*, florum nobilissis & eximij candoris, *quæ sanant, non sauciant, conservant, non corrumpunt*: quom ex flore illud confectum Pacis oleum, defectæ viribus affusum à Gallia Geraniæ, ab Austriacis hactenus dilutum, nunc iterum purgandum. Pax Germaniæ virescit, quoties eam

--- --- candida circum
Lilia funduntur.

 Prodromus

Prodromus iſte, poſtquam ex fonte Sileni bibit, è mutiſſimo factus eſt mal loquaciſſimus, vocum denſitate Cicædas imitatur, ſtridet adverſus eum, cujus ve ba ſublegit, & famam ſugillavit: cui inſuetæ artes calumniandi & adulandi ſolit lambentibus aulam, & ſcribentibus Panegyricos Ferdinandinos: *cujus oratio ta tum abfuit à ſpecie adulationis, quantum abfuit à neceſſitate; tota ad Miniſtri mod ſtiam ſubmiſſa moderationemq́; Parcior, quàm nimia in laudibus; conſiderantior, qu aures ejus pati poſſent, quàm quid meritis deberetur.* Ecquid multis opus erat verbi ubi facta loquebantur? celebravit illa miniſtros exoticos, hoc eſt, non-Auſtriaco ergone Auſtriacos inter titivilitia retulit? imò horum ne meminit quidem.

An verò Auſtriacis hîc ſublecta verba, aut hæc eorum conveniant factis, ju dicium mihi in incerto eſt. Notant perſpicaciores, eos hactenus parum vidiſſe præſenti negotio, trinâ peccaſſe imprudentia, *huc veniendi nimis tardè; nimis cito nimis intempeſtivè*; eosdem tranquillitatis Germanicæ eſſe conjuratos oſores, qu (verba lego prodromi) conſilijs trans Iſtrum Viennanis, & trans Iberum, Madr tanis Germaniam vix quietam inquietare, Electionem & ſecuritatem ſuis in pro vincijs conjunctim curare, bellum verò reliquis, hactenus niſi ſunt. Fruſtra qu dem: rectè obſtantibus Pacis & Imperij curatoribus, Sereniſſ. EE. non alijs, no longioris interregni, (ut perperam garrit graculus Prodromus, qui ſe hic ſuo ap pellitat nomine glorioſus Germaniæ admonitor) ſed ſecurioris in Imperio Pa cis ſtudio; quia *Pax Imperio prorſus neceſſaria eſt, Electio adeò neceſſaria non eſt; ne ceſſariam illi faciunt, quibus munerum in aula Electi continuatio neceſſaria eſt.* Unc ſolliciti Pacis Electores Eminentiſſimi ac Sereniſſimi (quos ille ex arte politica politiori ſtylo, Oratoriam inter ac Poetin medio, longè prudentius; ac decent us, quàm quos quidam nuperus gerro ex arte tabernaria & medica de Eligend Imp. ſuffragari fecit) ſi, miſſis ad offenſos ab Auſtria Reges, ante redintegrari a micitiam, quàm maturari Electionem conſultiùs duxerint; Eisdem maximè er laudi, & erga patriam merito; ad quid enim quæſò Reipublicæ Germanicæ ca *put, vicinorum innexum inimicitijs, Hiſpanorum obnoxium conſiliis, unde tot gravi ſimi morbi in Imperij corpus deſcendent, niſi prius undequaq́; ſanetur, pravis illis hu moribus exoneretur, capitulationibus oneretur ac ſtringatur, ne noceat.* Sanum, ſalu bre ac planè Germanum caput volumus Germani, quod cum vicinis Regibus Pacis conſortibus ſinceram colat concordiam, quodque Imperium quàm ſu Germaniã quàm Belgium, Germanos, quàm Hiſpanos curet, velitque dolere p rumper, ne doleant reliqua membra ſemper. Imo nolit unquã dolere, cum à be lorum calamitatibus eximi felicitas ſit, non Injuria.

Tu verò delire Prodrome, adulator inverecunde, qui fortunam princip magis quàm Principem foves; diſce meminiſſe, eum, quem hîc nominas & abo minaris, *retinuiſſe hactenus Galliam in fortuna, ac fortunam in poteſtate, fruſtrà tu*

ban

7

...te in Gallia Hispa... ...git: Hisp... peccata Galliæ jamdiu potiora, ...glumque è Mardico ... ...ine verò hîc, ubi levis er-...r, graviter κυδάζει. Ita p... ... ...olis ringi ac stomachari quàm ...ximè solent, ubi pueri leviter ... ...bulo tibi est, qui literâ erravit unâ, ...n mens, & manus typographi nimis ...pata *Mardico Mardritum* posuit, *non ...adritum*. Ergo & mihi nebulo est geminus, qui sub Polo *Artico* fidem *colore* ...it aut fixit, cum *Arctico* & *colere* dicere debuisset. Hanc sanè Cydi pœnam ex le-...debet talionis. Nec est remedium adversus sycophantæ morsum, nisi remorsus.

Cædimus, inq; vicem præbemus crura sagittis.

Quis verò est, qui hos ex Mardico casus eventusque Catholicæ luctuosos ...ligioni, iterum prævidet, ac prædicit? Tres sane ex Belgio conducti testes: ad-...nitor Gallicus, Prodromus Emericus, & ille falsarius Responsi Gallici truti-...tor Belgicus, verè fanaticus. His Oliverij intima patescunt scil. & religionis fata, ...n amplius fatuis modò vaticinatoribus, sed & vanis ac malitiosis Responsi ...allici, Mardici cessi; fœderis Gallo-Anglici calumniatoribus: alia tamen omnia ...gurantibus, si Hispanus illis, quas sycophanta negas, conditionibus fœdus An-...cum obtinuisset. Ille, inquio, Hispanus, *qui commodum & fortunam, prout osten-... hactenus, non nisi unicam suam quærit, aliorum omnium fortunis imminet, atque ...nmodum aliorum omnium eversum optat* (utor verbis Prodromi Hispanici in ...to Hispanico potius, quàm Cromvvelliano) seu, ut rotundius dicam, *qui ex mo-...nte aliorum libertate omne in omnes quærit imperium, quiq;* ut rem penitus aperi-...*religione nihil minus curat, ubi aliquid quidpiam suo quidem judicio majus curat*: ...Inquisitionem, suis tantùm necessariam indigenis, quâ sine alioquin nullam ...rsan colerent religionem athei, alijs, qui sponte suâ, ac lubenti Deum colunt ...ritu, conatur obtrudere superfluam; Neque verò Cromvvellius liberum reli-...onis, ut iste puritanus Hispanus blaterat, sed commerciorum requisivit cursum, ...libus ipsis Legatorum Hispaniæ Regis literis heic productis in publicam lu-...m, nenon Orbis Christianus rectè ac penitus inspiciat duos Hispani oculos, ...aucomate externo fidei Catholicæ; & hujus conservandæ curæ obductos, intus ...nius in Gallos Imperij aspidibus ardentes, à religione frigentes: neque ...cin re omni ex parte credat Prodromo, qui promissis huc est accitus, ut mera ...endacia narret, ac convitijs proturbet eum, cujus monito huc est accitus ingra-...s; quem quidem hîc protectorem Protectoris, federati scilicet, rectè, Calvini-...um falsè, falsissimè mercede auctoratum mendax asserit.

Prodrome, ex tuo alium metiris ingenio.

Tu quia sæpè soles pro nummis scribere laudes,
vendere fumos,
Esse putas omnes & tibi fortè pares.

Mentiris,

Mentiris, nebulo, veritati vim factam, *religionem in federibus, federa in fide fidem in pactis à Gallis læsa*; læsa ab Hispanis iterum atque iterum, nuper & à con sanguineis, Austriacis, qui, sua ut recuperarent, ejecerunt Archiepiscopatus, Ep scopatus, & unà religionem ijs annexam è navi imperiali, lege regiâ, quasi Rho diâ. Et hi sunt illi, *qui pacem interpretantur, nunc secundum utilitatem, nunc pote tiam, validam firmamq., an secus*, ut rectè de ijs jam tum divinavit Dominus de Se vient, verè & fideliter serviens Galliæ ad malevolorum usque invidiam Gallorum ac Hispanorum; quibus, ubi desunt vires, adsunt succenturiatæ eorum cohorte seditio, calumnia, fraus, dolus, fluxa, fides. Nec mirum, quia fallere ex hujus ap pendice conducti pretio adulatoris prodromi res est Hispanis gloriosa, qui cu Gallis sincerè sincerè dicunt, ijs subdolè imponunt credulis, & bonâ ex fide age tibus; & inde de dolo, tanquam de facinore basilico insolenter, superciliosè, h est, Hispanicè gloriantur: Gallia contra nunquam se jure promissi aut fidei ema cipatam rectè ac prudenter dicit, nisi rebus aliter stantibus.: *Eac, inquit sapiens, omnia sint eadem, quæ erant, cum promiserim, promissa servabo:* quia promissa no sunt sine mente mancipia oris.

Tandem, quis Galliam falli dixit nesciam? talem forte in federe Gall Anglico, universim talem nemo sapiens dixerit, minus in commercio fallac Hispaniæ, à cujus strophis æquè nulla ac ab ejus in omnes habendi imperium in fidijs, minimè omnium vicina natio Gallica secura est: hæc tamen, sicuti non se per falli obvia, ita nec illa fallere gnara: falli quoque virtuti, vitio propius falle est, & nota infirmitatis

Generosus animus hostibus furtim necem
Inferre nescit:

turpius, ubi fit sermone, quod vulgò mendacium dicitur, maximè illud ex signi cationis falsitate totum compositum, quod illaudabile & improbum, præsertim contractibus, & colloquijs; ex quibus omne tollendum mendacium, quia tollit lud jus, quod subsistere debet tempore sermonis, illam judicandi libertatem, qua homines colloquentes his, quibus colloquuntur, tacito quodam pacto debent.

Falso quidem apud hostem uti licet sermone, sed asserente non promitte te, expressè aut tacitè, nec in colloquij postulatione, aut loci tradendi colloqui quia ex promissione jus novum confertur ei, cui fit promissio: idque jus inter h stes etiam locum habet, sine ulla hostilitatis jam existentis exceptione. Ad Spintlerus ille, qui hoc jus læsit, transfuga, mendax, mox Deo, quem contem pœnam sceleris luiturus; dispar prorsus Zopyro; hic nobilis Persa, iste ignobi nebulo, & Sillani antea servus mali: hic re, ac sermone referente, iste (utor ip Prodromi verbis, adulatoris impudentis, & juris in bello liciti & illiciti ignora tissimi nugatoris) *constantissimè promittente, & argumentis varijs fidem faciente*: nihil sibi præter gloriam quæsivit, iste flagitioso mendacio prius flagitium, exilium aliorum jactura redemit. Scilicet *Egregi*


Egregiam laudem, magnum & memorabile nomen
Spintlerus retulit, duplex, fallax, & servilis animi homuncio; suo facto probavit proverbium, *servile mentiri.* I nunc vaniloque, & falsiloquum tuum Belgam, ac Hispaniam fallere gnaram jacta: ac sub mercede doce artem fallendi Spintlerianam, eò celebrior fallaciarum doctor, quo ebriosior Sileni cultor: & sicubi mentitus es, dic, in caussa fuit ebrietas.

Sed iste nunc prodromus, in quem lacessitus injuria, nulla à me lacessitum ferebar, dimittendus, & strictim aggrediendus alter ille calumniator ac nugator, qui stateram veritatis transgressus est, & jam sub imperio Zygostatis vapulat iniquus & corruptus ponderator.

DVO CATHOLICI REGIS OCVLI, FIDES CATHOLICA & Ejusdem Conservandæ Cura,

Ex eius AD CROMWELLIUM ERVTI LITERIS, HUC APPENSIS, OMNIUMQVE EXPOSITIS CONSPECTUI, CHRISTIANVS COGNOSCAT VT ORBIS, *QVI, QVALES, ET QVANTI SINT ILLI,* DUO CATHOLICI REGIS OCULI.

Postulationis a Dno. Marchione de Leda, Dnoque Alonso de Cardenas, Regis Catholici Legatis, Anglicano Protectori, die 21. Mensis Maij Anni 1655. factæ & scripto traditæ Exemplum.



Erenissime Domine. Regiæ Maj. Cath. Marchio de Leda extra ordinem, & D. Alonsus de Cardenas ordinarius, Legati, memorant: Sibi nullum dubitandi locum esse, quin optime recordetur *Serenit. Vestr.* quam continuis amicitiæ, mutuæque fidei officiis, cum *Rempublicam Anglicanam,*

Rex Catholicus. Primus novati in Anglia status applausor.

Primus ejusdē missa legatione, fautor & fotor.

Primus cum eadē pacis conciliator.

Idem horum duorum suorum oculorū confessor.

Idem cum Anglia strictioris federis cupitor.

Idem Galliæ è federe Anglico extui butor.

glicanam, statim atq; constituta fuit, tum *Serenit. Vestr. posteaquam Protectoris ejus nomen & curam assumpsit*, sibi devincire laboraverit Rex Catholicus, quando nihil omisit, quod ad arctius fœderis vinculum facere posset, quo non sit usus, quodque in medium per Legatos suos non jusserit proferendum. Atque hanc consilij rationem & constantiam secuta Reg. ejus Maj. ijsdem legatis suis recens mandavit, ut ad *Serenit. Vestr.* referant, Regem Catholicum nón tantum ultrò *primum novam istam Remp. agnovisse & coluisse*, sed & ad ipsam Legatum suum D. Alonsum de Cardenas cum amplissima agendi cum ipsa facultate & auctoritate misisse. Qui quidem Legatus in primis proposuit, ut pax cum Carolo I. Rege icta renovaretur, & cum de eadem renovanda agi cœptum esset, cum ijs, quos Senatus Anglicanus ad id delegerat, eo processerat res, ut ea infecta, nisi dimisso Senatu, quod Mense Aprili Anni 1655. contigit, vix credi poterat, ut discederetur. Quamvis autem cum actoribus istis · cnatus, diu disceptatum esset, de tribus difficilioribus capitibus de *commercio scilicet Indiarum, de Inquisitione, & inæquali jurium, per subditos Reg. Maj. Cathol. in hujus Reip. terris solvendorum solutione*, præfatis tamen viris à Senatu delectis pro *tribus hisce capitibus abunde tandem factum est satis*, ita ut de tractatu, (conclusa capita jam ita vocabant) se reiaturos pollicerentur. Accidit autem ut universus Senatus eo tempore dignitatem & munus protectorium ad *Serenit. Vestr.* deferret, postulante igitur eodem Legato annuit *Serenit. Vestr.* ut per quosdam etiam à se Electos propositis à Domino Alonso de Cardenas capitibus responderetur, cumque litteris scriptis ostendissent isti viri, sibi mandatum esse *à Serenit. Vestr.* ut de præfatis tribus Capitibus, nempe *de Indis, de Inquisitione, & de solutione jurium denuò* ageretur, prædictus Legatus negavit, Reg. Maj. Cath. de duobus primis eum *Serenit. Vestr.* consentire posse, ob eas quæ prius expositæ fuerant causas, de Tertio vero jurium articulo dixit, repertum iri aliquod medium quo facilis ejus fieret conventio, atque dato acceptoque isto responso promiserunt illi cum quibus agebatur, de omnibus certiorem facturos *Serenit. Vestr.* & eidem Legato voluntatem ejus postea significaturos. Hinc *novi strictioris fœderis faciendi exordium* renatū est. Fidem faciebat eo tempore fama, cum Deus *à Serenit. Vestr. capite* quidquid conjuraverant ejus inimici, avertisset, futurum fore, ut inter Galliam & istam Remp. pax non coalesceret; eaque opinio eo magis invaluerat quod rationes, res, & commoda Galliæ rationibus, Rebus, & commodis *Serenit. Vestr.* omnino adversentur. Id quidem demonstravit præfa-

tu

tus Alonso varijs temporibus & locis, tum vero vel maxime, cum coronæ Gallicæ ministri, prædictis conjuratis & conjurationibus ita consociati sunt & constricti, ut Serenit. Vestr. Urbe ista & finibus Reip. jusserit excedere, missum huc a Rege Christianissimo Dominum de Baas; qui non prius ad Regem suum remeavit quam muneratus & ornatus apparuit. Quid plura? non fugit Seren. V. quantū ultimis hisce montibus consilio, ope, artibus, & hominibus quoq; Gallicis adjuvantibus, in diversis hujus Reip. comitatibus seu provincijs tumultuatum est. Quin copiæ ipsæ Gallicæ, inter quas Mazarina legio, ad fovendos hujus Reip. tumultus in insulam hanc transportandæ, expeditæ omnes & in portubus ad fretum sitis collocatæ, nihil aliud expectarunt quam tempus, quo in paratis ad eum finem navibus transfretarent. Hac itaque ratione consilia Coronæ Gallicæ, de paciscendo cum Serenit. Vestr. retardata sunt, neque ad eadem hodie ejus Legati novo studio recurrunt, nisi postquam eos alia spes fefellerit. Omnes sanè maxime mirantur, cum intelligunt, quod *Serenit. Vestr.* neglecto quidquid in tranquillitatem hujus Reip. tam manifeste commisit Gallia, faciles tamen aures conditionibus pacis Gallicæ præbeat, valere autem jubeat quidquid Hispaniam sibi conciliare posset, etiam si hujus Reip. cum Gallia non æquè sint utiles atque cum Hispania commerciorum & negotiationis rationes, aliterque *Serenit. Vestr.* à præfata Gallia quam à Regia Catholica Majestate & ejus Ministris, ut vulgo notum est, sit habita. Quamobrem cum Rex Catholicus præfatorum Legatorum Dominus cognoverit *Serenit. Vestr.* non solum cum fœderatis provincijs, cum Dano & Sveco, sed etiam cum Lusitanis transegisse; prope esse ut cum Gallo transigat, solumque Hispanum sine ullo responso ad articulos à prædicto Alonso ut dictū est propositos præteriri. Reg. Maj. ejus Catholica *quo amore & honore Serenit. Vestr. complectatur*, omnibus argumentis comprobare voluit; misit igitur ad Serenit. Vestr. Legatum suum extra ordinem *Marchionem de Leda*; non tantum ut existimationem & benevolentiam suam illi confirmet, verum etiam ut eam certam reddat summæ ejus voluntatis, conjunctas semper cum Serenit. Vestr. omnes rationes habendi, eamque arctissimam societatem & fædus continuum cum eadem Serenit. Vestr. ineundi, quæ commune bonum & populorum utriusque felicitatem parere, augere, & inconcussam efficere possit. Quapropter ijsdem suis Legatis injunxit Reg. ejus Maj. ut apud *Serenit. Vestr.* contestarentur quantum commercij interest, ut tractatus iste renovandæ pacis concludatur, idemque confirmetur

Idem Gallos in Anglorum odium trahēdi summus artifex.

tur vi præfatæ societatis, eâ formâ & legibus quæ utrique statui placebunt.

Idem Caleti, loci Mardico religiosioris, Galliæ viciniorís promissor, nulla habitâ servandæ fidei Catholicæ cura, altero suo oculo sed utilitatis

Proponere etiam *Serenit. Vestr.* præfati Legati à Reg. Cath. Maj. jussi sunt; quod si visum fuerit huic Reip. *recuperandi Caleti* consilium capere, posteaquam ejus oppugnandi & expugnandi ratio utrinque probata fuerit, atque *Serenit. Vestr.* vires suas maritimas & terrestres, quantis opus fuerit, cum viribus Maj. suæ Catholicæ conjunxerit, dictum munimentum *Seren. Vestr.* tradetur, ut eo *Seren. Vestr.* potiatur, ea conditione, ut etiam *Seren. Vestr.* Classe & milite Dominum Principem Condæum adiuvet, quò sibi viam aperiat ad invadendam Civitatem Burdigalensem, atque si infelicem exitum habet iste conatus, quo *tentet alium* quem locum, vel portum Maritimum, qui judicabitur opportunior, unde in Galliam penetrare possit, ibique rem gerat, quod ad maximam hujus Reip. gloriam & compendium vertet; si autem Seren. Vestr. venerit in mentem aliud rei gerendæ consilium, nullum neglectum prætermittetur, modo ambobus populis ex eo possit utilitas comparari.

Idem Anglicanæ Reipubl. gloriam, gloriosis suis duobus oculis prætulit Catus; non Catholicus fœderis Anglicani tentator Rex Catholicus.

Exemplo isti latino, ut sua constet fides, subiungitur Exemplar ipsum Hispanum.

Copia Del papel que presentaron al Protector los Senores Marquez De Lede y Don Alonso de Cardenas Embaxadores de su Majestad en Inglaterra à 21. de Mayo 1655.

SErenissimo Senor, el Marquez de Lede Embaxador extraordinario de su Magestad y don Alonso de Cardenas Embaxador ordinario de su dicha Magestad dizen, que no pudiendo dudar de que Vostr. Alteza tendra muy en la memoria los continuos actos de Amistad y buena Confederacion con que por parte del Rey su Señor se ha procurado obligar a esta Republica des de que se formo, y a Vostr. Alt. despues que se encargo de la Proteccion della, sin omitir medio alguno, quæ pudiesse contribuir a estrecharla, que no se aya intentado y propuesto por su parte, se ha servido su Magestad de ordenar de nuevo a los dichos Embaxadores, representar a V. Alt. que aviendò sido su Magestad el primero que reconoció esta Republica y destinó

Embaxa-

Emb ador para ella autorizandole con plenipotencia para Tratar con eſte Eſta-
lo, el che Don Alonſo de Cardenas propuſo entonces la renovacion de la paz
ſtipu da con el rey Carlos primero, laqual auiendoſe agitado con los Commiſ-
rios que el parlamento nombró en aquella occaſion ſe adelantó el tratado de
 que veriſimilmente ſe huuiera concluydo ſi la diſſolucion del Parlamento
 brevino por avril de 655. no lo huviera embarazado, y aunque en las con-
 s con los Commiſſarios del Parlamento ſe debatieron y diſputaron larga-
 os puntos del comercio de las Indias, de la Inquiſicion, y del pagamento
 l de derechos de los ſubditos de ſu Mageſtad en los Dominios de eſte eſta-
(q ſon los mas difficultoſos del tratado) ſe allanaron a ellos los Commiſſari-
 ando de dar cuenta del tratado (termino de que uſauan en les puntos en
 venian, y aviendo ſuccedido el deſcargar el parlamento a Voſtr. Alt. el of-
 a Dignidad de Protector, ſe ſirvió a Inſtancia del dicho Embaxador de
 r Commiſſarios los quales devian dar reſpueſta a los articulos que el di-
 Alonſo les avia preſentado, exibieron un papel que dixeron averlos da-
 r. Alt. para que ſe propuſieſſen de nuevo los tres puntos referidos de In-
 uiſicion, y pagamento de derechos, a que por ſu parte ſe ſatisfizo decla-
 ue de los dos primeros ſu Mageſtad no podia venir en ellos por las razo-
 anteriormente avia repreſentado; pero que en el de los derechos ſe halla-
 oque lo facilitaſſe, ſobre que los dichos Comiſſarios quedaron de dar
 de todo a Voſtr. Alt. y reſpueſta al dicho Embaxador, a que ſobrevino el
 arſe nuevo tratado de Alianza mas eſtrecha, y creyendoſe generalmente
 onſpiraciones de que dios preſeruó la perſona de Voſtr. Alt. retardarian
 mento del tratado entre eſta republica y francia, cuyos principios, inter-
 onueniencias ſon tan contrarias a Voſtr. Alt. como lo ha repreſentado el
 on Alonſo en diverſas occaſiones, mayormente quando ſe han meſclados
 itros de aquella Corona en las dichas conſpiraciones de manera que V.
 obligado de mandar ſalir de la corte al Senor de Bas embiado del Rey
 niſſimo el qual fue remunerado en Francia quádo llegó alla y no; pudiendo
 orar quáto la Francia aya contribuido con gente, conſejaos, y medios a los
 mouimientos que eſtos dias ſe vieron en diverſos condados deſta Tier-
 las tropas deſtinadas a paſſar a Inglaterra para fomentallos juntamente
 gimiento del Cardenal Mazarini eſtauan promtas y liſtas a los puertos y
 l canal eſperando la coyuntura de embarcarſe en los navios prevenidos
 , y que por eſto ſe retardó por parte de aquella corona la concluſion del
 que aora de nuevo ſollicita por ver deſvanecido aquel deſignio: cauſa gran
 en el mundo que ſobre iſtos procedimientos tan notorios incline V. Alt.
 luſion del tratado con Francia, y ſe dilate el ajuſtamento de la paz con

 Eſpaña

España viendo tan differentes las Conveniencias de essa nacion en quanto a'co-
mercio,y tan otro el modo de proceder que se ha tenido con V.A.por parte su
Magestad y de sus ministros como es notorio ;y sassy viendo el Rey su Senc ju.
stados los tratados de Holanda, Svecia, Dinamarca y concluydo hasta el de P tu.
gal,y tan adelantado el de Francia,y que solo el de España se ha dilatado sin re
spuesta a los articulos que se presentaron por el dicho don Alonso como que re
ferido,ha parecido a su Magestad cumplir por su parte con todas las demost io
nis de estima y aficion que tiene a la persona de V. A. nosolo con aver dest de
Embaxador extraordinario al dicho Marquez de Lede para que lo decla im
tambien para que proponga a V.A.la continuacion con que dessea unir sus te
esses y establicer entre su Magestad y V.A.una alianza y confederacion tan
cha que assegure las interesses comunes y encamine la felicidad de ambos D m
nios;en cuya consequencia tienen orden de proponer a V.A.lo mucho qu co
viene para reglar el comercio de ajustar y concluir el tratado de la renovacin
la paz y passar a estrecharla por medio de la dicha union en la forma y con las co
diciones de comun consentimiento que se ajustaren:y assy mismo propon a
A.que en caso que este estado halle conueniencia en recuperar la plaça de al
ajustando se el modo de la expugnacion y concurriendo V.Alt. con las fuer s
mar y tierra que se conviniere con las de su Magestad la dicha plaça se a
en manos de V.A.y se le entregara con condicion y calidad expressa de qu
aya de assistir al Señor principe de Conde con navios y gente para entrar en
la de Bordeos,y quando esto no se pueda conseguir sea en otro puerto qual ju
gare mas conveniente por donde el dicho principe pueda entrar en Fran y
brar en ella,de donde tanta conveniencia resultara a este estado : y si a V.
offreciere otro medio en que su Magestad pueda venir ninguno se
dexara de abraçar como sea de comun conveniencia
de ambos Dominios.



1. Pax Pax polono-svecica Olivæ d. 3 Maja 1660
2 Pax Germano-svecica Monasterii Westphalor. 24 paźd. 1648.
3 Pannonia Coronata etc p. Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariæ ortu etc Petri de Reva 1652

